

# Geschichte Bayerns

Quellenedition

1050 VII 16 (MG D Heinrich III., nr. 253): Erste Nennung Nürnbergs (Hoftag zu Nürnberg)

aus: Franken von der Völkerwanderungszeit bis 1268, München 1999 (Dokumente zur Geschichte von Staat und Gesellschaft in Bayern, Bd. II/1), S. 286



## 142b. Das Urteil Hermanns von Reichenau.

D: *Herimanni Aug. Chron.*, S. 125.

Petrus rex Heinricum regem in festivitate pentecostes ad se invitatum, magno apparatu suscepit et maximis muneribus donavit, eique regnum Pannoniarum, principibus Ungariorum fidelitatem illi et successoribus eius iuramento firman-  
tibus, reddidit; quod tamen ab eo ipse, dum viveret, possidendum recepit. In quo videlicet itinere rex quoddam vetus solarium ascendens, cum multis aliis aedificio cadente corruit, ipsoque Deo protegente inlaeso, Brun Wirzeburgensis episcopus loetaliter cum aliis collapsus, post unam ebdomadam 7. Kal. Iunii obiit, et ad sedem suam reportatus ibique sepultus, Adalberonem successorem suscepit.

143. 1050 VII 16 Nürnberg Erste Nennung Nürnberg: Freilassung der Leib-  
eigenen Sigena durch Kaiser Heinrich III. auf dem Hoftag zu Nürnberg.

D: MG D Heinrich III, nr. 253.

L: H. H. Hofmann, *Nürnberg, Gründung und Frühgeschichte*, in: JffL 10 (1950) S. 20ff.; HbG III, S. 161f., 324.

E: S. 95f.

|| In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. || Notum sit omnibus Christi nostrique fide-  
libus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos per manum cuiusdam nobilis viri Richolfi dicti quandam sui iuris servam Sigenam nomine manu nostra de manu illius denario excusso liberam fecimus atque ab omni iugo debitae servi-  
tutis absolvimus, ea videlicet ratione ut praedicta Sigena tali deinceps lege ac libertate utatur, quali cetere a regibus vel ab imperatoribus manumissee hucus-  
que sunt use. Et ut haec a nobis donatae libertatis auctoritas amodo stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

|| Uuinitherius cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi. ||

Data XVII. kal. aug. anno dominicae incarnationis ML, indictione III, anno autem domini Heinrici tercii regis secundi imperatoris ordinationis eius XXI, regni XII, imperii IIII; actum Norenberc; feliciter amen.

144. 1057-1064 Brief des Bamberger Domscholasters Meinhard an einen ab-  
wesenden Bamberger Kleriker. Er berichtet über den schlechten Zu-  
stand der Bamberger *provincia*, erkundigt sich nach dem Verhalten sei-  
nes Bischofs Gunther, der immer nur Bücher über Attila und die  
Amalungen lese statt Augustin und Gregor; er bittet inständig um des-  
sen Rückkehr aus Kärnten.

D: *Briefsammlungen d. Zeit Heinrichs IV*, S. 120f., nr. 73.

L: Erdmann, *Studien*, S. 121; v. Guttenberg, *Regesten* nr. 331, S. 157f.

E: S. 96.

Dum ego de die in diem in adventum vestrum inhiarem, quem ipse mihi cupidi-  
or quam verior augur cotidie spopondi, solenni litterarum officio abstinui, otio-